



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XI. De his, quæ fiunt à majori parte Capituli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

tes, Abbatissas, & alias personas Ecclesiasticas instituere vel destituere, id est eos beneficiis privare, quod neque potest nominatos & presentatos a patro-  
nis, vel aliis, ad quos jus nominandi  
pertinet, confirmare vel illis beneficia  
conferre, neque Ecclesiastis sibi subjectas  
aliis Ecclesiis, vel etiam Monasteriis,  
attribuere, statumve Ecclesiæ mutare:  
quod etiam non potest res Ecclesiæ a-  
lienare, veluti donare, vendere, permu-  
tare, nisi ex justa causa, & cum consen-  
su totius Cleri & Capituli, subscriptio-  
neque singulorum.

c. 4. b. t.

e 5. eod.

d.c. 8.

### De his, quæ fiunt à majo- ri parte Capituli,

#### TIT. XI.

Rectè subjicitur hic Tit. superiori, cu-  
jus est velut appendix, ut pateat de  
consensu Capituli rectè exhibito,  
vel non, si forte non omnes consen-  
tiant.

*Quid ergo tunc erit juris circa consensum  
vel dissensum?*

**C**onsentitur consensisse Capitulum, si  
I 7 major

206 De his , que sunt & qui  
major & sanior pars Capituli con-  
titut.

c. i. h. t.

Qua dicitur major pars & qui  
sanior ?

Major pars dicitur , quæ aliam pa-  
tem numero vincit . Sanior & stimu-  
**Dixi sup** dignitate & ex zelo majori . Itaq; he-  
tit. de e- potest interdum , ut major pars num-  
lect. ro non sit tamen sanior , & contra-

Quid si major pars numero diffinet  
à saniore , qua pars sequen-  
tia erit ?

c. i. & ult sententia scilicet neque quod pars ma-  
h. t. & pen jor non sanior , neque quod sanior no-  
Inst. D. major senserit : quia requiritur major  
h. a. r. e. d. sanior pars Capituli conjunctim .  
inst. & l. qui Reg. est , ubi lex duo coniunctim re-  
s. D. de quirit , ibi alterum non sufficeret  
c. o. n. s. i. t. Quid si minor pars justiorem rationem  
inst. habeat contradicendi quam major &  
sanior consentiendi ?

Nihilominus major & sanior pars  
prævalebit , & insequendum erit , quod  
illa senserit : quia præsumitur major &  
sanior pars etiam justiorem rationem  
esse secundum non tamen præsumptione  
iuris

juris, ideoque admittitur probatio minoris partis in contrarium.

can. In  
ordina-  
tione diff

Ut Ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur. } 61.

## TIT. XII.

*Cur beneficia sine deminutione conferri debent?*

**Q**via hoc saperet speciem simonizæ, si Prælatus concedendo beneficium pacisceretur, aut alias retineret sibi partem aliquam pro ventuum ex beneficio. Neque etiam permittrunt Canones beneficium unum dividi in duos.

*Quid si detrahatur partem fructuum ad solvendum as alienum sit necessitas?*

Poterit Episcopus cum Capitulo suo saltem ad tempus, priusquam beneficium conferatur, retinere partem proveniuntum beneficii vacantis, ut ita Ecclesiæ liberet ære alieno. Quæ tamen intentio fructuum non debet fieri à Prælato, paciscendo cum eo, cui beneficium confert; quia hoc saperet simoniam.

c. 7. inf  
de censib.

c. 8. & 36

sup de

praben.

c. pen. inf  
de V.S.c.

un. h.t.

& ibi

Abbas d.

c. un. §. s

verò.

De